QUAESTIONES
CHEMICO-MEDICAE

AN

AQUOSUM CALCIS INFUSUM PRO USU
MEDICO TOT SIBI LAUDES MERITO
VINDICAVERIT

NEC NON

CUR MERCURIUS DULCIS, PERICULOSUS ALIQUANDO SIT.

AUCTORE

VICTORIO DE MONACHO
MEDICINAE DOCTORE.

BIBLIOTECA NAZIONALE DI NAPOLI

NEAPOLI

MDCCLXXXIX.

Biblioteca Nazionale V. E. III NAPOLI

CLARISSIMO VIRO

D. JOANNI VIVENTIO

INSIGNIS ORDINIS COSTANTINIANI DIVI GEORGII EQUITI, TER OPTIMO AUGUSTISSIMORUM REGIS, AC REGINAE MEDICO, UNIVERSI REGNI ARCHIATRO, REGALIUM CATHEDRARUM IN INCURABILIUM NOSOCOMIO MODERATORI, REGIAE ACADEMIAE MEDICINAE PARISIORUM SOCIO &c. &c. &c.

VICTORIUS DE MONACHO.

SYſtemata, inventa, opera, cetera mentem hominum novitate perculſura, ne tanquam phantaſmata rationem tenebris obvolventia rejiciantur, numine ſibi indigent tutelari. En

cur Te elegi, ampliſſime Archiater, novam ſententiam prolaturus, ut tuis auſpiciis ea longe, lateque pateat. Practicorum enim monumenta cujuſcunque aevi percurrens, qui medicamentoſas aquae calcis vires ſummis laudibus non extulerit, inveni neminem: at, quod mirum, non ſolum dum Chemiam adverſa fata vexabant, tot tantaſque laudes ſibi vindicavit, verum nunc etiam, vigente Chemia, ab hodiernis non infimi ſubſellii Chymicis, & Medicis quammaxime comprobatur, ſuſtineturque.

Quis igitur de aquae calcis viribus ex tot clariſſimorum virorum auctoritate firmatis, perfricta fronte obloqui confiderit? En tui neceſſitas: ſtultus pro-

procul dubio exiſtimarer, ſi adhuc juvenis, & nullius auctoritate ſuffultus, calcis aquam tot ſibi laudes immerito comparaſſe, dicerem. Sileam ergo, & opinionem meam, fortaſſe veram, comprimam? non hercule ſi tu mecum eris, & ut ſis, oro, obteſtorque, a quo non qui dixerit attenditur, ſed quae quiſque dixerit aequa lance expenduntur. Te igitur Judice, & Natura auſpice, & Duce, omnia quae veritatem praeſeferant, audacter hac in re proferam. Malo enim, ut inquit ille, errare cum Platone, quam ceteris ſapere cum Philoſophis. Quare & lubenter, eadem confiſus peracris judicii tui aequitate, ad alteram *quaeſtionem* deveniam, qua *cur mercurius dul-*

cis periculoſus aliquando ſit , enucleabo. Perlege igitur quaeſo , autuma , decerne , & ſi quid in iis publici dignum boni invenias, tuere, & fave ; nomenque tuum in fronte , veluti quamdam immunitatis teſſeram ambitioſe portare , libenti animo ſuſtine. Vale.

QUAE-

Digitized by Google

QUAESTIO I.

An aquoſum calcis infuſum pro uſu medico tot ſibi laudes merito vindicaverit.

NEminem latere, opinor, calcem acido aereo, ignis ope, vel alio quocunque modo, deſpoliatam, novas, & notatu dignas nanciſci proprietates, quarum praeſtantiores ſunt indoles alcalino-terrea, cauſticitas, ſolubilitas in aqua, vis violarum ſirupum viridi inficiendi colore, & ſumma cum aere fixo ad unionem tendentia. In hoc autem ſtatu *calx cauſtica* audit, de qua pertractaturus ego, de omnibus ejus proprietatibus minime ediſſeram, cum hae alio

 in

in opere , & quidem laborioſo , & longo , quod prae manibus habeo , fuſius erunt explanandae ; ſed nonnulla tantum de medica ejus virtute nunc mihi diſquirenda propoſui.

Ne autem, quae de medica calcis vi, interna praeſertim dicturus ero , labantes videantur aſſertiones, axiomata quaedam praemittere, ex quibus, tanquam corollarium , virtus omnis inferri poſſit, benefactum duco.

I. Vis medicinalis, aliaeque proprietates , quibus calx , ejuſque infuſio donantur , ex ſtatu ſalino-terreo, ſive cauſtico omnino pendent.

II. Aeris fixi defectus in calce, hanc cauſticam reddit, tamdiu permanſuram, quamdiu carebit aere iſto.

III. Tandem recuperato omni aere , quo prius ſcatebat, redit ad ingenium ſuum , nomi-

mine, proprietatibuſque mutatis: in hoc enim ſtatu, calcis cauſticae nomen non amplius meretur, ſed *calx* nunc, & *terra calcarea* dicebatur olim: proprietates vero recenſitae, aliaeque alibi recenſendae prorſus pereunt, & rurſus effervescens, inſipida, inſolubilis in aqua, & nullius medicamentoſae virtutis ſtatim evadit. Sciatis velim, quae de calce, quoad cauſticitatem, dixi, ejus infuſioni adamuſſim convenire.

His poſitis, videamus nunc an vera, & immutabilia ſint, quae de calcis infuſione Medici jactant.

Calcem cauſticitate donatam, ſub forma infuſionis praeſcribunt Medici. Vires medicinales. quas ei tribuunt, dum interne exhibetur, ſunt vis anti-acida, diſſolvens, anti-ſeptica tonica, adſtringens, exſiccans, abſtergens, cicatricem ducens, & Lithontriptica; quarum ſpecialem hiſtoricam ſi cupis tractationem, videſis *Cartheuſerium tom. 1. cap. 9. p. 116. de calce viva*...

Ob vim, qua pollet, abſterbendi, commendatur in ſpontaneo primarum viarum acido, praeſertim ſi acidum aeriformem induerit aggregationem.

Tonica & adſtringens cum credatur, in diarrhoeis, aliiſque fluxibus inveteratis, albis potiſſimum adhibetur.

Rationem virtutis exſiccantis, & cicatricem ducentis, quam ei proprie tribuunt, habentes Medici, in pulmonum ulceribus, in hepatis, meſenterii glandularum, renum, veſicae urinariae ſuppurationibus, necnon in gonorrhoeis inveteratis curandis, ea fidenter utuntur.

Denique experimentis innixi, lithontriptica vi pollere credunt; unde ad renum, & veſicae calculos reſolvendos, ut efficaciſſimum diſſolvens adhibendum praecipiunt.

Sed antequam meam de viribus calci vul-

go tributis ſententiam aperiam, quae in ventriculo, & inteſtinis quolibet tempore, & ſtatu contineantur, prius perpendam, oportet.

Stomachus, inteſtinaque hominum etiam bene valentium, praeter ſuccos proprios, adventitios, foeculenta, & nonnulla fluida phlogiſtica aeriformia, acidum aereum plus, minuſve abbundans ſemper continent; major tamen invenitur hujus aeris copia in hominibus hypochondriacis, atque in illis male, vel lente admodum concoquentibus, ſpeciatim ſi vegetabilibus abutantur cibis; minor vero in prompte, & bene digerentibus.

Cur ſtomachus, inteſtina aere fixo ſemper ſcateant, ex quo Ill. Stephanus Hales fluidi aeriformis praeſentiam in vegetabilibus omnibus demonſtravit, perceptu facile eſt; quamvis idem, ac aer atmoſphericus, falſo crediderit, cum revera non ſit niſi acidum aereum.

Aer iſthic, quicunque ſit modus, quo ciborum digeſtio concipi velit, ex cibis, quibus obvolvitur, vel penitus, vel in parte extricari neceſſario debet. Et re quidem vera, vel ſupponatur, in digeſtione fugaces veluti fieri fermentationes, ſpirituoſam ſcilicet, & acidam, ad limina acidae fermentationis, & initium putrefactionis cito pervenientes, in quo ciborum aſſimilatio conſiſtit, ut Queſneus, aliique opinabantur, vel credatur effectus tenuationis ac intimae mixtionis, quam ciborum principia, ob ſuccorum digeſtivorum actionem, ventriculi attritum, calorem, aliaſque cauſas admirabili digeſtionis operi concurrentes, ſubeunt, ſemper acidum aereum in cibis contentum, niſi omnino, ſaltem in parte evolvitur. Aere e cibis evoluto, ſtomachus, inteſtina, eum recipiant oportet, ex quibus etſi maxima pars foras expellatur, aliam vero reti-

tinent; unde in animali vivo nunquam concidunt, ſed inflata continuo perſtant.

Cum vero aer fixus ſit cum aqua, & chylo commiſcibilis, evenit, ut etiam ſanguis in propriis receptaculis hoc fluido imbibatur; cujus exſiſtentiam in ſanguine experimenta *Ill. Petri moſcati* nuper expoſita in opuſculo, cui titulus *Oſſervazioni, ed eſperienze ſul ſangue fluido, e rappreſo* . . . . . ſatis ſuperque evincunt: quamvis vota ejus ad alia vergant. Ut autem quiſque hujus Ill. viri tentamina prae oculis habeat, ea ad rem facientia hic referre haud inutile exiſtimo.

Sanguinem e vena, & arteria recens, eductum (*) cum in campanam Boyleanam intromiſiſſet, exantlato aere, eum ſpumantem, & quaſi frementem vidit, ac ſi vita donaretur.

(*) *Eſperienze I. e II.*

Digitized by Google

Periculum hoc nos de fluidi aeriformis evolutione tantum docet, non vero de ejus natura. Attamen ſi animadvertatur ad ea, quae obſervat in tentamine XVII. indoles ejus aperte innoteſcit. Nam cum ſanguinem humanum, moderato calore adhibito, diſtillationi commiſiſſet in retorta, cujus collo veſicam plane vacuam circumligavit, miratus fuit, ſtatim ac ſanguinis elementa ſeparari inceperunt, vaporem elaſticum extricari, & veſicam conſpicue inflari. Hujus vaporis elaſticitas permanens eſt, etiamſi veſica frigeſcat. Vapor iſte ſub machina Pneumatica, non aliter ac alia fluida aeriformia, rareſcit. In apparatu peumatico-chymico receptus, indolem acido aeream oſtendit: Enimvero maxima ejus pars ab aqua abſorbetur, calcem praecipitat, atque heliotropii tincturam rubro inficit colore. Omnia haec acidi aerei

exi-

exiſtentiam in ſanguine aperte ſignificant. At ſuſpicabitur forſan aliquis, aerem hunc, diſtillationis ope, e ſanguine extricatum, operationis *productum* potius eſſe, quam *eductum*; non aliter ac aer inflammabilis phlogiſticatus, & alcalinus fortaſſe producuntur, ſi ſanguinis diſtillatio, aucto igne, ad finem uſque protrahatur. Sed ſi ejuſdem auctoris tentamen XVI. prae oculis habeatur, liquido conſtat, acidum aereum non *produci*, ſed *educi*. Coagulatum nanque ſanguinem, viginti quatuor horarum ſpatio, in aquam calcis infudit, viditque eum in fundo cyathi ſolutum, olei glutinoſi ſpeciem referentem, & calcem acido aereo ſaturatam invenit. Experimentum hoc, ut mihi videtur, fluidi acido-aerei praeſentiam in ſanguine definite confirmat.

Si ergo vapor elaſticus e ſanguine in vacuo Boyleano, & diſtillationis ope, extricatus, eſt acidum aereum, & calx cauſtica cum ſanguine ſive fluido, ſive coagulato commixta, ut mihi quoque, periculis factis, obſervare contigit, aere fixo ſaturata reperitur, praeſertim ſi calcis ratio ad ſanguinem minor ſit, manifeſto patet; aerem hunc in ſanguine contineri; quique diſtillationis tempore educitur, & non producitur. Neque mirum, ſi ſanguinem aere fixo ſcatentem experimur; quia chylus, potus, fluida ab inteſtinis continuo reſorpta, eum in ſanguinem, ob notam affinitatem, tranſvehunt; imo horum fluidorum tendentia cum aere fixo apud nonnullos tanti eſt, ut de hujus aeris praeſentia in ſtomacho, & inteſtinis, tempore digeſtionis excepto, ambigant. Sed ſi animadvertatur, ſanguinem, ac alia corpora,

ob

ob affinitatis vim, ſtatutam aeris quantitatem recipere poſſe, liquido apparet, acidum aereum in ſtomacho, & inteſtinis ſtagnare poſſe, quin ab humoribus ibi continuo defluentibus penitus abſorbeatur.

Aeris fixi praeſentia in ſtomacho, inteſtinis & in ſanguine demonſtrata, quas mutationes his in locis aqua calcis ſubeat, quos uſus habere debeat, ex dictis deduci facile poteſt.

Quod ad vim abſorbentem ſpectat, quam calcis infuſioni interne exhibitae, aſſignant, nemo niſi chemicarum rerum ignarus ambigit. Calx enim acidum ſpontaneum in primis viis occurrens, connubium cum ipſo init, & neutra redditur; quare omnia mala ab acidi praeſentia orta, quamcito evaneſcunt. Prodeſt etiam, imo quammaxime, dum acidum ſpontaneum, actuoſiſſimum factum, aeriformem

adſcivit habitum: qua de cauſa ventriculus, & inteſtina, diſtenſionis, irritationiſque effectus non amplius perſentiunt. Hos praeter effectus, quos aqua calcis parit, dum interne exhibetur, aerem fixum in primis viis nidulantem avide abſorbet; quapropter in ventriculi, & inteſtinorum diſtenſionibus ab aere fixo rarefacto, vel quantitate magna ibi coacervato productis, ſummopere prodeſt.

Igitur aqua calcis ſtatim ac in ventriculum, vel paulo ulterius pervenit, acidum aereum, quod in calcinatione amiſerat, jam recuperat; ſed a nobis obſervatum fuit, quod calx in aqua ſoluta, acidum aereum recuperans, evadit inſolubilis in aqua, efferveſcens, inſipida, iners, uno verbo nullius medicamentoſae virtutis; inferendum ergo, calcis infuſionem interne non prodeſſe, niſi ut ſimplex abſorbens,

&

& actionem ſuam ultra primas vias extendi non poſſe. Ad ſummum in ventriculi, & inteſtinorum exulcerationibus, ut abſtergens, & in diarrhoeis inveteratis tanquam tonicum, & abſorbens, dummodo his in locis ſufficientem aeris fixi quantitatem ad ejus ſaturationem non inveniat, aliquid levaminis afferre poteſt: ſed his caſibus exceptis, organis, in quae per circulationis vias transferri debet, uti ſunt pulmo, hepar, glandulae meſenterii, renes, veſica urinaria &c. nihil boni, aut mali affert aquoſum calcis infuſum, ut ex dictis luce clarius patet.

Nec dicas, quod calcis infuſio in ſtomacho, & inteſtinis ſufficientem aeris fixi quantitatem non reperiens, portio adhuc aere fixo deſtituta, & in ſtatu cauſtico, ſuis inſignita proprietatibus, per circulationis vias

uſque ad organa affecta, talis tranſvehi poſſit; quia ut ſupra adnotatum fuit, in ſanguine magna quoque aeris fixi quantitas continetur (quicunque ſit ſtatus, aggregationis ſcilicet, aut reſolutionis, in quo reperiri credatur), quem recipiens calx, cauſticitatem, ac in aqua ſolubilitatem cum viribus medicinalibus omnino deponit. His praeterea adde, quod aqua calcis, irritationem in oeſophago & ventriculo evitandi cauſa, utplurimum cum aqua ſimplici, vel lacte mixta exhibetur: in utroque autem caſu maxima calcis pars in aqua ſoluta, aerem fixum in aqua ſimplici, & lacte contentum abſorbendo, praecipitatur, inerſque redditur, ut omnes periculum facientes compertum habent; imo ſi calcis infuſio onuſta admodum non ſit, & lacte diluatur prius quam in ſtomachum introducatur, ob majorem aeris fixi quantitatem in lacte,

lacte, quam in ſimplici aqua, tota calce orbatur, ideoque iners, fereque inſipida facta, non ſolum irritationis, ſed cujuſcunque medicamentoſae virtutis expers evadit.

Variis de cauſis ergo, calcis infuſio tanquam inutilis habenda in morbis viſcerum, quae ut pervadat, circulationis vias prius premat, oportet.

Nihil ad rem autem, ut mihi videtur, ſimilium curationum relationes hoc remedio executarum, a Medicis prolatae; quia hi parum vel nihil naturae vires, cui totum debetur, aeſtimantes, & medicaminum virium excogitatarum tantum rationem habentes, putant eſſe remedii effectum, quod revera ſoli Naturae optimae malorum *medicatrici* debetur. Aliunde calcis aquam cum lacte utplurimum exhibent, poſteaque balſamicam lactis virtutem in ſimilibus malis, oblivione con-

Digitized by Google

conterunt, referentes aquae calcis, quod lac, & Natura fecerunt.

Ne moveor quidem ab experimentis *Doctoris Roberti Whytt*, ex quibus infertur, calcis aquam eſſe optimum calculorum diſſolvens; quia calculos diſſolvendi proprietate extra machinam tantummodo, aut ſi velis ſub injectionis forma in veſica, quotieſcunque calculus ibi collectus molem magnam non fuerit adeptus, (ſi quibuſdam eſt habenda fides) gaudet aquoſum calcis infuſum. Calculorum generationi potius, acidum in primis viis abſorbendo, impedimento eſt calcis infuſio; quod ab analyſi a Cl. *Scheele*, & *Bergmann* ſupra calculos peracta deducitur: ſed de hoc alibi.

In morbis ergo ſecundarum viarum, aegrotos aquae calcis uſu ne detineant amplius Medici; ſed ad alia confugiant remedia, dummodo

modo ipſis circumſtantiae ſuadeant, quae viribus aquae calcis male tributis certe polleant. Externi potius morbi huic infuſioni committuntur. Et re quidem vera non ſemel ulcera foeda, inveteratum ſtillicidium a gonorrhoea relictum, alioſque morbos hoc remedio curatos vidi.

Aquoſum calcis infuſum ex proprietate, qua pollet diſſolvendi reſinas, optimum praeſtat medium aquoſas perficiendi tincturas.

Sin autem cum oleo miſceatur infuſio iſthaec, coagulum unguenti inſtar efformat, optimum remedium cicatricem ducens in profundis exuſtionibus.

In *Cauſtici* praeparatione, vulgo dicti, calx quoque ſubintrat; ſed haec praeparationis ſpecies, ob damna, quae ejus admotio ſaepe ſaepius affert, jure abolevit.

Denique pro certo habeo, rei novitatem ali-

quam

quam ſecum ferre diffidentiam, in illis praeſertim res chemicas minime callentibus; ſed ſi examini haud vulgari quidquid aſſumpſi, ſubjicient, inter ſolide demonſtrata, reique uniformia, adſcribi mereri non inficiabuntur.

Haec erant, quae de calce, ejuſque infuſione hic mihi dicenda propoſui, ea vero, ad completam rei tractationem ſpectantia, alibi recenſebo.

QUAE.

QUAESTIO II.

Cur mercurius dulcis periculoſus aliquando ſit.

USitatiora inter mercurialia quae non minus a Medicis ac idiotis cujuſcunque ordinis adhibentur, *mercurius dulcis* adſcribendus quidem eſt: optandum ideoque eſſet, ut quolibet, & quocunque caſu remedium hoc, dum interne aſſumitur, omni noxa careret. Sed quotidiana, rerum magiſtra, nos docet experientia, haud ſemper tutiſſimum remedium eſſe, ſed aliquando veneni vices gerere.

Mala vero, quae haud raro affert mercurii dulcis (*) aſſumptio, ſunt vomitus violenti, immanes ventris fluxus, convulſiones, ſtomachi inteſtinorumque dolores, inflammationes cito in cangraenam abeuntes, cui mox certa ſequitur mors. Ne-

(*) *Loquor de mercurio dulci haud recte parato.*

Neque, ſimilia accidentia raro admodum evenire, credendum, quia Urbs, in qua ſumus, paucis retro diebus, ob mercurium dulcem aſſumptum, utilem nunc luget civem; & paucis retro annis, eandem ob cauſam, condoluit jactura alterius. Illos autem, qui ab hoc remedio, quam dira ſymptomata prius paſſi, in magno vitae diſcrimine fuerunt verſati, ſilentio prętereo; quia ratum habeo, quod ſi hic hujuſmodi caſus, prae oculis tot, tantorumque medentium in hac incolarum frequentia, eventos conſcriberem, hiſtoriam ſatis longam componerem.

Horum accidentium rationem inquirentes Medici, varia, pro re nata, effingunt animis. Nonnulli putant, eſſe mali effectum, cujus cauſa mercurius dulcis procul dubio fuit. Alii novo tribuunt connubio, quod mercurius dulcis cum humoribus viſcerum naturalium

lium init; quare ob vim quamdam ignotam, (turpe quidem dictu !) ſublimatum corroſivum in ſtomacho, & inteſtinis efformari poſſe, arbitrantur: putant enim, ventriculum eſſe chymicum elaboratorium. Alii novae conjunctioni mercurii dulcis aliquo cum acido; quod per os aeger intromiſerit, aceto, & mali medici ſucco ne exceptis quidem, deberi afferunt; quapropter vae Medico, ſi forte utrumque remedium, acetum ſcilicet, vel acidum quodcunque, & mercurium dulcem ſimul hauriri impoſuerit: arguitur enim (neſcio quare !) tanquam imprudens, & indoctus, imo homicidii reus. Alii Pharmacopolarum errorem eſſe defendunt, qui ſublimatum corroſivum, vel tartarum emeticum pro mercurio dulci aliquando ſuppeditant. Alii tandem ex repetitarum ſublimationum defectu evenire opinantur. Sed ex his, quis unquam vera dixit? fortaſſe nemo!

Equi-

Equidem novi connubii reſpectu, quod nonnulli cum humoribus viſcerum naturalium, mercurium dulcem inire poſſe autumant, fictitium omnino eſt; quia humores animales vel ſani, vel quomodocunque mutati, & calore quidem acti, mercurium dulcem nunquam corroſivum reddunt.

Quod ad illos vero ſpectat, qui novam acidi introducti conjunctionem cum mercurio dulci in primis viis defendunt, horum corporum affinitates eos ignorare, luce clarius patet. Et re quidem vera non ſolum ab acidis vegetabilibus mercurius dulcis non immutatur, verum a mineralibus etiam; quia acidum muriaticum in mercurio dulci contentum, maximam inter acida cum eodem mercurio affinitatem habet. Acidum ergo vitriolicum, & nitroſum mercurium ab acido muriatico minime disjungunt; neque cum his ſibi invicem adhaerentibus unionem contrahunt, unde mer-

cu-

curius dulcis aequo plus acido onuſtus corroſivus evadere poſſit. Neque mercurius dulcis novo acido muriatico vulgari permixtus, aliam acidi quantitatem recipit, unde corroſivus fiat, quod quidem magis mirandum videtur. Cum ergo mercurius dulcis ab acidis nullimode disjungi, vel nimio plus acido onerari nequeat, error quidem eſt, ſi credatur, mercurii dulcis noxam novo cum acidis introductis, cujuſcunque ſint ſpeciei, connubio eſſe tribuendam.

Error quoque eſt, arbitrari, mercurium dulcem pluries ſublimatum, meliorem, & tutiorem eſſe. Sed ut percipiatur quidquid hac ſuper re mihi erit dicendum, proceſſum communem, quo mercurius dulcis fit, prius examini ſubjicere oportet.

Proceſſus communis ſequens eſt: mercurii ſublimati *corroſivi* partes quatuor, & argenti vivi

vivi partes tres ſimul miſcent: miſcelam hanc marmoreo in mortario conterunt, uſquedum mercurii vivi globuli penitus diſpareant, & cineraceum in pulverem fuerit redacta: hunc porro pulverem, tritus ope ſuper porhyritem, ſubtiliorem reddunt, & in vaſa ſublimatoria, huic operi apta, intromittunt; indeque ſublimationem, legis arte, inſtituunt.

Extollitur primus, ſub operationis initio, pulvis albiſſimus, qui collo, internaeque ampullae concamerationi adhaeret; dehincque materia ſalina alba in cryſtallos diſpoſita, quae internam ampullae concamerationem undique contegit: denique in vaſis fundo ſupereſt ſubſtantia rubro-obſcura, quae ignis actioni ſummopere reſiſtit.

Prima peracta ſublimatione, pulverem album a maſſa cryſtallina prius elatum diligenter ſegregant, & tanquam inutilem ejiciunt;

unt; maſſam vero in pulverem, ut ſupra, redigunt, & ſecundae, tertiaeque ſublimationi rurſus ſubjciunt, pulverem album, qui primum attollitur, ſedulo ſeparando: maſſa ſalina alba in cryſtallos redacta, tertia in ſublimatione obtenta, ſub *mercurii dulcis*, vel *Aquilae albae*, aut *Dragonis mitigati* nomine ſervatur. Sin vero hujus mercurii ſublimationes ſepties, vel novies repetantur, tunc *mercurii Calomelani*, vel *Panacae mercurialis* vocabulo inſignitur.

ANIMADVERSIONES.

Cum ergo mercurius dulcis ſit perfecta argenti vivi conjunctio cum ſublimato corroſivo, ratio poſtulabat, ut Chymici, ad hanc intimam efficiendam conjunctionem, modum quaererent magis aptum. Qua de cauſſa relato

in

in proceſſu triplex praeſcribitur mercurii dulcis ſublimatio; imo putatur, majorem ſublimationum numerum intimiorem redditurum unionem, & mercurium dulcem ſublimato corroſivo, novo mercurio haud conjuncto, penitus ſpoliatum; quia, ut deſcripto in proceſſu adnotatum fuit, ſublimatus corroſivus qualibet in ſublimatione ſub pulveris albi forma primus attollitur, cum ſit mercurio dulci volatilior, quique ampullae collo adhaeret, quem omni cura ſejungere ſatagunt diligentes Pharmacopolae.

Quamvis, moderatum calorem, & ſecundam ſublimationem intimiori mercurii vivi connubio cum ſublimato corroſivo, & ſeparationi ejuſdem ſublimati nondum cum argento vivo conjuncti, ut etiam materiae rubro-obſcurae, quae in vaſis fundo fixa remanet, multum conferre, dubitari minime liceat;

ta-

tamen major ſublimationum numerus inutilis eſt, imo exitioſus, ſi pulvis albus, qui primus in qualibet ſublimatione attollitur, & ampullae collo adhaeret, diligentia ſumma non ſeparetur. Pulvis iſthic eſt ſublimatus corroſivus; maſſa cryſtallina, quae ſecunda ſublimatur, mercurius dulcis; ſubſtantia vero rubro-obſcura, & fixa, in vaſis fundo in primis ſublimationibus remanens, eſt *ocra* martialis, quae a vitriolo martis, quod in ſublimati corroſivi preparatione adhiberi ſolet, originem ducit. Recenſitus pulvis, ſive ſublimatus corroſivus in mercurii dulcis ſublimatione ſemper attollitur, etiamſi innumerabilibus ſubjiciatur ſublimationibus.

Cum in qualibet mercurii dulcis ſublimatione, ſeparationem ſublimati corroſivi viderint Pharmacopolae, opinati fuere, repetitas ſublimationes mercurii dulcis edulcorationem

Digitized by Google

nem

nem ſummopere juvare; quare mercurius dulcis pluries ſublimatus optimus cenſetur. Hoc tamen falſum omnino eſt, quia ſublimatus corroſivus, qui ſub pulveris albi forma in qualibet ſublimatione extollitur, talis in mercurio dulci bis, terve ſublimato non exiſtit, ſed ab ipſius mercurii dulcis reſolutione, ob ignis actionem, originem trahit. Confirmatur hoc ab experimentis: nam ſi mercurius dulcis puriſſimus novis exponatur ſublimationibus, altera, & altera ſublimati corroſivi doſis jugiter in conſpectum prodit, qui a vaporibus acido-marinis, & nonnullis mercurii vivi globulis quoque ſociatur (quae omnia celebris Beaumè diligentiam non effugerunt). In hac enim operatione, mercurius, ob recuperatum phlogiſtum, quod ab acido muriatico recipit, reviviſcit; acidum derelictum ignis ope extollitur; mercurius dulcis argen-

to vivo , & phlogiſto orbatus redit ad priſtinum , in ſublimatum corroſivum ſcilicet convertitur; pars vero mercurii dulcis , nullam mutationem paſſa , attollitur immutata.

Cum ergo qualibet in ſublimatione producatur ſublimatus corroſivus, manifeſto patet, repetitas ſublimationes inutiles eſſe, imo damnoſas niſi ſumma cura pulvis albus a maſſa cryſtallina jugiter ſeparetur . Cum autem hujus pulveris ſeparatio arte tantum machinali fiat, de perfecta ejus ſeparatione nunquam certi eſſe poſſumus : hinc evenit , ut mercurius dulcis non ſemper a ſublimato corroſivo diſjunctus habeatur, praeſertim ſi operatio a manu non perita admodum exequatur ; quare exitialem interdum experimur.

En cauſam invenimus , cur mercurius dulcis quandoque evadat cauſa mortis , vel ſaltem vomitus violentos , diarrhoeas, convul-

ſio-

Digitized by Google

tifici procul dubio nocerent. His ſimul mixtis, ad trituram deveniendum uſque dum argentum vivum penitus diſpareat, non aliter ac ſupra; dehincque compoſitum bis, terve ad ſummum ſublimationi ſubjiciendum.

Adhuc uſque mercurius dulcis ita paratus a communi ne hilum quidem differt, cum propter ſublimatum corroſivum, quem diligentiae defectu haud raro retinet, conſueta incommoda inferre potis ſit. Sed ſi ſecunda, vel tertia peracta ſublimatione, mercurius ſublimatus dulcis ſufficienti quantitate aquae calidae ſtillatae abluatur, a ſublimato corroſivo penitus liber evadit; tuncque *dulciſſimus & innocuus* dici meretur.

Cur ſublimatus corroſivus, lotionis ope, a mercurio dulci ſeparetur, ab ejus in aqua ſolubilitate, & mercurii dulcis inſolubilitate deducitur. Quamobrem dum ſecundum, vel tertium ſublimationis productum abluitur.

Digitized by Google

ſublimatus in aqua diſſolvitur, mercurius vero dulcis, ut inſolubilis, & aqua gravior fundum petit, qui rurſus aqua lotus, indeque exſiccatus, ſervari poteſt ſub titulo mercurii dulcis bene parati, cum revera detrimentum inferre nunquam poſſit.

Sed recenſitum praeter modum, quem in ſublimati corroſivi ſeparatione a mercurio dulci ſequi obtuli, eſſet & alius a proprietate, qua pollet ſal ammoniacus, ſolubiliſſimum reddendi in aqua ſublimatum corroſivum, & nulla afficiendi mutatione mercurium dulcem, quoad compoſitionem, & ſolubilitatem, deductus. Poſſet igitur, ſecunda, vel tertia peracta ſublimatione, mercurius dulcis in pulverem redactus, ſalis ammoniaci muria ablui; quia ſi unquam ſublimatum corroſivum adhuc continet, extemplo ab hac ſolutione diſſolvitur, & mercurius dulcis, cum a ſale ammoniaco minime

me afficiatur, ſolus, & purus praecipitatur; qui vero collectus, & aqua pura ablutus mercurium maxime dulcem, ſemper, & ubique tutiſſimum remedium, conſtituit.

Neque haec theoretica tantum exiſtimentur, quia rei adamuſſim correſpondent. Ut autem quiſque, quidquid adhuc uſque divulgavi ſibi perſuaſum habeat, mixtum ex ſublimato corroſivo, & mercurio dulci, ſufficienti aquae calidae quantitate pluries abluat, pulverem inſolutum diligenter adunet, & erit mercurius dulcis innocuus a ſublimato plane disjunctus.

Idem accidit, ſi mixtum muria ſalis ammoniaci abluatur, imo operatio brevior, & ſecurior evadit, ut periculis factis mihi pluries obſervare contigit. Neque habeatur ratio jacturae mercurii dulcis, qui qualibet in lotione diſſolvitur, quia nullius momenti quidem eſt.

Ut igitur mercurius dulcis tutiſſimum eva-

Digitized by Google